



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus**

**Mansi, Giuseppe**

**Francofurti ad Mœnum, 1693**

Cap. XIV. Cum Ecclesiastici pro omnibus orare debeant & psallere;  
demonstratur, quam necessaria sit in illis attentio, damnosa autem, &  
damnabilis distractio, & irreverentia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38106**

dulciter ac leniter ubique influant in  
subditos charitatis ac beneficentiae effectus  
& sicut sal, ut rerum aliarum insipidum tol-  
curetque saporem, seipsum consumit  
quiescendo, ita & illi pro suis subditis, e-  
rumque salute, vitam propriam debeant  
pendere.

### Caput Decimum Quartum.

*Cum Ecclesiastici, pra omnibus, orare  
deant & psallere; demonstratur quam  
cessaria in illis sit attentio, damno-  
sa autem, & damnabilis distractio  
& irreverentia.*

**T**Am necessaria est, tantique valoris Cle-  
ricorum oratio, ut S. Eucharius *hom. 3.*  
appellet columnas fortissimas, precibus  
collabentem orbem sustentantes: *Columnae  
quae nutantis orbis statum, orationibus sustinent.*  
Vacillabat quodammodo Ecclesia in Herodis  
persecutione, ob Pastoris sui incarcerationem,  
verum, de caelo pro ipsius liberatione  
expeditus, missusque fuit expressus Angelus  
idque notanter ideo: *Oratio fiebat sine  
intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo, Act. 12.  
v. 5.* Ut hanc eandem suam verbum Incarnati

tum erigeret Ecclesiam, fundaretque supra  
duodecim illos Apostolos, qui fuerunt duo-  
decim lapides fundamentales tam vasti, tam  
excelsi, tam admirabilis ædificii, integram no-  
ctem impendit in precibus: *Erat perno-  
ctans in oratione Dei, Luc. 6. v. 12.* ut ita com-  
modissime, ac valde propriè Ecclesia appella-  
ri posset, Christi orationis filia. Dum contra  
Apostolicum collegium totus conjurasset in-  
fernis, in illius ruinam ac confusionem, sum-  
me verendum instaret periculum; ut autem  
Petrum Christus erigeret, excitaret, bonoque  
juberet esse animo, nihil aliud dixit: *Rogavi  
pro te Petre, porta inferi non prevalebunt:* In  
cælum postea ascendens, ut per adventum  
Spiritus sancti Ecclesia magis confirmaretur,  
ac confortaretur, mandavit, ut cum Beatissi-  
ma Virgine, primus flos ille, illud germen no-  
vellum Christianitatis, decem dierum spatio,  
in cœnaculo reclusum continuo orationi in-  
cumberet; omnisque ille felicissimus pro-  
gressus qui secutus fuit, prout notat S. Lucas,  
*Act. Apost. c. 2 v. 42.* fructus ac effectus fuit o-  
rationis: Cum ergo in dubium verti ne-  
queat, quin per preces & orationes Ecclesia  
sit fundata, iisque mediantibus tam admira-  
biles, quam insperatos, humanæque pruden-  
tiæ, ac vanæ scientiæ invisos fecerit progres-  
sus,

lib. 2. 151

151  
152  
153

sus, an ambigendi locus superfit, per  
 eandem sustineri, ac tanquam columnis  
 mobilibus, ac inconcussis semper firmis  
 semper stabilem permanere? Hanc ob  
 nem, non absque singulari Divina ordina  
 ne, sine ulla intermissione tam à Clero  
 lari, quam Regulari recitantur quotidie  
 ptem horæ canonicæ, tali ferme modo  
 stæ ac ordinatæ, ut dum una pars, sive  
 noctu cessat, alia alibi incipiat, ut ita im  
 tur id, quod prophético olim spiritu præ  
 David: *Benedicam Dominum in omni*  
*pore, semper laus ejus in ore meo, Psal. 138.*  
 Dum illi psalterium, omni die ac nocte, om  
 que hora recitant. Non ergo absque  
 ne dixit S. Joannes Chrysostomus, *Hom.*  
*prec. orationem esse murum inaccessibilem*  
*Ecclesiæ: Oratio Ecclesiæ murus firmus*  
*propugnaculum inconcussum: Itaque licet*  
*rum est, juxta infallibilem Christi promissum*  
*impetu, aut impulsu sit casurus: Porta*  
*non prevalebunt; tamen nihil aliud super*  
 quam ut conetur eum debilitare, aut aufer  
 do intentionem, aut minuendo ac rep  
 ciendo devotionem, aut distractiones, ma  
 risque evagationes ingerendo, ut non fructu  
 ficent preces nostræ, nec nobis, nec

pro quibus illas perfoluimus. Hujusmodi malitiosam, ac desidem evagationem agnoscere debemus pro vera Dæmonis machina, prout advertit S. Ephræm: *De panop.* Si cum oras mens tua distrahatur, sive per oculos, sive per aures, sive per cogitationes, aut per quamcunque aliam causam, scito inimici hoc esse opus. S. Antoninus, dignissimus Florentinorum Antistes: *p. 4. c. 8. paragr. 8.* super illum Ecclesiastæ locum: *cap. 10. v. 1.* Musca morientes perdunt suavitatem unguentum, demonstrat, quam debilis, quamque infirmus reddatur vigor orationis, si ad illam aditus concedatur distractioni: unguentum est oratio, qua sanantur pestes, & vulnera anima, qua in se suavis est: Musca sunt importuna cogitationes volatiles, qua menti occurrunt, qua tunc moriuntur, cum permanent, & odorem perdunt, id est destruunt suavitatem orationis: Et unus alter Reverendissimus Episcopus, qui quoque non minus doctrinâ, quam Mitra illustravit clarissimum sancti Dominici ordinem, demonstrat similiter, quam parum grata sit Deo in talibus oratio illa quæ cum seria mentis applicatione non persolvitur: *Bellovac. spec. mor. l. 3. pag. 10. distinc. 83.* Non plus delectatur Deus in oratione vocali, sine attentione mentali, quàm in garritu avium, vel in grunniis porcorum. Integro exercitui

M

exercitui

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

EX. 151

ereitur confusione causare potest unicū  
 mentū bellicū, urbem mœnibus nudare,  
 & ad terrā usq; deicere turres prævalet. Si  
 tem exigua ferri particula **con**figatur, illud  
 occludatur orificium, ad omnia manet in-  
 le. *Procatio telum est insuperbile* ( est senten-  
 tia sancti Joannis Chrysostomi Tom. i. *Hom-*  
*iturumque presidium, quod æquè militem*  
*ac multa millia profligat.* Oratio, verè  
 attentione, rectaque intentione peracta  
 rore est inferni, expugnatrix cœli, & c.  
 Deum omnipotens; ast, si unica distractio  
 unica irreverentia, unica voluntaria me-  
 evagatio interveniat, statim obtunditur  
 ipsius, robur enervatur, totaque redditur  
 fructuosa. *Non simplicia verba orationum*  
*sunt, sed illud, quod ex seria animi affectione*  
*fiscitur, dicit S. Basilius; Orat. de precat.*  
 quam S. Bonaventura exemplo Archangeli  
 Raphaelis demonstrasset, Angelos ante  
 num ac conspectum Dei nostras offerre  
 tiones, prout ipsemet fecerat de prece  
 senioris Tobia, subjungit: *Dicit salutem de-*  
*cap. 5. Regi non offert, qui sibi ministrat, sed*  
*lum coopertum cum muscis, id est cogitationes*  
*vanis & immundis;* Servitque propo-  
 huic exemplum Abrahami, primi credentis  
 Patris, qui totus intentus erat, ut pelleret

lirantes super carnes sacrificii aves : Dum  
nos psallimus, Deo laudis offerimus sacrifi-  
cium, prout notat S. Perrus Damianus :  
*Opus. 15. c. 21. Dum psallimus, Deo nostro, sa-  
crificium laudis offerimus : ergo, instar Abra-  
hami, longè ab illo pellere debemus, omnes  
illas cogitationes, quæ per mentem nostram  
volare solent, ut eo gratius sit Domino Deo,  
sacrificium illud nostrum.*

Nec solum infructuosæ redduntur preces  
nostræ, dum inquinatæ sunt negligentis, ac  
imperfectiõibus; verum etiam detrimento  
nobis sunt, ac perniciosæ. Sanè, hoc ipsũ erat,  
quod timebat S. Cæsarins Arelatensis: *Hom. 31.  
Ne inde acquirat peccatum, unde habere potuit  
remedium.* Magna stultitia est, inquit S. Ber-  
nardus, *cap. 8. Medit.* à Deo prætere, ut at-  
tentâ, benevolamq; vocibus ac precationibus  
nostris aurem præbeat, dum nos ipsi, qui arti-  
culatim ipsas proferimus, non attendimus ad  
ea quæ proferimus, volumus, inquã, ut nostras  
exaudiat orationes, quæ nil nisi merum tale  
nomen habet, in rei veritate autem veræ nugæ  
sunt : Hoc Deum irridere est, (qui tamen  
non irridetur) non placare : *Magnam inju-  
riam Deo facio, cum illum precor, ut meam vo-  
cem audiat, quam ego qui fundo non audio : de-  
precor illum ut mihi intendat, ego verò nec mihi,*

et. 151  
...  
...  
...  
...

nec illi intendo. Reprehendit graviter hunc  
 modi orandi modum supra laudatus Bellarmenus,  
 Dist. 31. *ibid. m.* affirmatque taliter  
 gis ipsum irritari, nauleamque ac indignam  
 nem erga nos causari: *Est divinum auxilium  
 implorandum, non mente vagante, eo quod  
 lis non solum non impetrabit, quod petat, sed  
 am Deum magis irritabit, sicut si aliquis  
 loqueretur, & non attenderet ad ea, qua  
 ret. Quid, si subditus aliquis coram  
 suo Principe, justissime sibi offenso, quum  
 viter læsit, veniam deprecaturus, dum  
 gna illi conceditur audientia, eodem tem  
 vultum averteret, ac cum alio agere inciperet,  
 aut confabularetur, quis prudens non ju  
 bit, talem non statim solum expellendum  
 & gravissime, ac severissime puniendum  
 nostra causa est, eadem nostra hæc causa  
 est, vilium terræ vermiculorum, coram  
 nostro: An non merito timere debemus  
 nos pulvis & cinis, cum tanta irreverentia  
 ta mentis evagatione, tam superficiali  
 tione conveniamus, alloquamur, ac deprecamur,  
 mur, tam immensam ac incomprehensibilem  
 Majestatem, coram qua cœlestium Angelorum  
 ordinum tremunt Potestates? similitudinem  
 est S. Ephræm, *Paran. 50.* conformisque  
 Joannis Chrysostomi: *hom. 3. in Gen. Enchiridion.*  
 ro, si tñ ad homines accedimus, tñ attendimus*



viter huiusmodi propè stantes sapè nō videamus, sed colligimus  
 us Belli mentē, & ad eum solū spectamus, ad quem acce-  
 taliter dimus, quanto magis apud Deum idē facere con-  
 indigno, & jugiter precibus insistere congruit? Di-  
 gnissimū est æternā memoriā responsū illud  
 Caroli V. *Rho. hist. virt. l. 3. c. 88. 1.* qui dum ora-  
 tioni intentus admoneretur, adesse Legatū a-  
 liquē Regiū, qui de gravissimis, urgentibusq;  
 negotiis cum ipso conferre deberet, reposuit:  
*Nec ego quidem hic leviter sum occupatus, quia*  
*cum Deo ago.* Ecclesiasticus valde pulchrè de-  
 clarat, cum apposita similitudine, quam sit in-  
 fructuosa, nulliusq; valoris ac momenti ora-  
 tio absq; mentis applicatiōe ac attentōe per-  
 acta, dū dicit: *Vnus adificans, & unus destruens,*  
*quid prodest illis nisi labor? cap. 34. v. 39.* utq; de-  
 monstrat, quid illi sint, qui dū eodem tempo-  
 re adficare videntur una manu, altera destru-  
 unt, statim subjungit: *Vnus orans, & unus ma-*  
*ledicens cuius vocē exaudiet Deus?* Lingua est,  
 quæ articulatè psalmos pronunciat, recitatq;  
 preces, mens verò, cor & intētio, eo ipso quo  
 distracta Deo maledicit, dū cogitatiōe inhæret  
 discursibus peccāinos, profanis & sapè mor-  
 talibus, cui ergo ex hisce duobus aurē præbe-  
 bit Altissimus, an linguæ, an mēti, ac intentio-  
 nis certū est quod menti ac cordi, proindeq; e-  
 manere nō potest pœna à se provocata. Refert  
 B. Petrus Damianus *Lib. 2. Ep. 15.* de S. Severino

et. nisi

ecclesiasticus

cap. 34. v. 39.

Archiepiscopo Coloniensi, (quem tam  
 Cardinalis Baronius opinatur fuisse Pelleg-  
 num, ejusdem quoque Ecclesie Archiepiscopi  
 pum) casum memorabilem, in hac nostran-  
 teria valde opportunum summèque nota-  
 dum. Archiepiscopus hic post mortem co-  
 demnatus fuit ad ardentis fluvii flammam,  
 quod degens in aula Imperatoris, tanquam  
 Consiliarius ejusdem, horas suas canoni-  
 ut per diem occurrentibus gravissimis ne-  
 tiis melius vacare, imo & desolatis, ac desolatis,  
 etis, in causis suis posset succurrere, anticipa-  
 set; & licet hæc, præ omnibus aliis, videretur  
 fuisse maximè legitima excusatio, nihilominus  
 coram supremo, ac districto iudice non  
 stitit, sed qualiscunque hæc oscitantia, sicut  
 memorata gravi pœnâ fuit mulctata. Quod  
 dicemus autem de illis, qui non solum,  
 observant tempus aut ordinem in recitanda  
 horis, aut illas ita percurrunt, ac legunt, sicut  
 psittacus suum promit garritum. *Ps. 102.*  
*Psallam & intelligam* dicebat David, nec  
 quam voluit, ut prius illud verbum *Psallam*  
 destitutum esset altero, *Intelligam*; hinc  
 psalmo 46. dum quater invitasset ad psallendum,  
*Psallite*, semper conclusit cum nota  
 adverbio hoc: *sapienter*, quod idem est, ac  
 diceret, prout explicat Dionysius Carthusianus.

...nus: De interiore mentis sapore: atque hoc il-  
...ud ipsum est, quod in praxi exercuit S. Paulus  
...Apostolus, ita se declarans: 1. Cor. 14. v. 35. O-  
...rabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu,  
...psallam & mente.

Perpulchram reflexionem fecit super  
hanc materiam venerabilis Dei servus P.  
Antonius Grassi Congregationis Oratorii  
Firmanæ, de cujus immaculata, ac inculcata  
vita, summisque virtutibus, ex mandato sacræ  
Rituum congregationis, modo formatur  
processus. Ille dum divinum officium inci-  
piebat recitare, quod semper persolvebat, nu-  
do capite, in pedibus erectus consistens, ma-  
nus, oculosque elevans in cælum, cum affe-  
ctoso suspirio dicebat: *Var. sen. de vit. P. Ant.  
Grassi, c. 3. Laudemus Dominum, quem lau-  
dant Angeli*: hujusque suæ præparationis  
reddens rationem, inquebat: Ut quis intel-  
ligat, quid nos dicamus, necesse est, ut loqua-  
mur linguâ illius, qui audit; lingua autem Dei  
ignis est, in tali enim forma venit super Apo-  
stolos Spiritus sanctus, qui ergo tali lingua o-  
rat, debet id facere cum charitate, fervore, ac  
gratia, prout id insinuat S. Paulus, 1. Cor. 13. v. 1.  
*Si linguis hominum loquar & Angelorum, cha-  
ritatem autem non habeam, nihil mihi pro-*  
*dest.*

M 4

S. Berz

et. 8451

Ant. 1715  
Antonius Grassi



S. Bernardinus Senensis Tom. 3. serm. 3. de  
 cap. 1. affirmat triplicem in oratione requi-  
 attentionem: *Triplicem in oratione attentio-*  
*curanda: Prima ad verbum, id est, ad voca-*  
*prolationem, & formationem verborum.*  
*cunda ad sensum verborum, qua in ora-*  
*proferimus. Tertia ad objectum, id est ad*  
*um, quem oramus, & etiam ad rem, ob quam*  
*ramus, bona est intentio prima, melior secunda,*  
*tertia optima reputatur. Dum in oratione*  
*psallitur debita cum pausa & attentione,*  
*gravitate, signum est reperiri ibidem spiritum*  
 veri Ecclesiastici, ac circumstantes, mirifici-  
 hoc ædificantur. Narrat ad hoc propo-  
 rum S. Franciscus Salesius, Lib. 2. de amore  
 no. dum Parisiis studeret, convenisse  
 studiosos, Hæreticum unum, alterum  
 Catholicum, ac sera nocte per vicum s. Jacobi  
 perrexisse, ad quoddam prostibulum, in via  
 autem audientes aliquam campanam, qua  
 quæsit A catholicus à suo socio, quale  
 foret signum, & à quibus daretur? Respon-  
 dit alter, esse Patrum Carthusianorum, qui  
 pullarent ad matutinas, subjunxitque, *quia*  
*diverse sunt via nostra, à viis bonorum illorum*  
*Patrum Religiosorum, perrexitque narrans*  
 multa de pietate ac devotione quacumque  
 rent psallere. Tacuit ad hæc Hæreticus.

Et autem sequente ivit, ut certam de hoc ipso  
caperet experientiam, ac tantoperè fuit ædi-  
ficatus super pietatem ac gravitatem, qua-  
cum Divinum persolvebant officium, ut hæ-  
resim abjuraverit. *Ignis explorat aurum* (in-  
quit S. Joannes Climachus Gr. 19.) *attenta &*  
*sincera oratio charitatem erga Deum.* In tali  
temporis circumstantia erat S. Carolus,  
quando in ipsum explosa fuit bombardam,  
plumbo onerata, dumque omnes præ timore  
aufugerent circumstantes, nihilominus ipse  
immobilis persistit in oratione, licet mortali-  
ter læsus putaretur, eligens potius vi-  
tam perdere, quam in precibus  
turbare attentionem.

